

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendivm Rhetoricvm

Norimbergae, 1699

Lectori benevolo

urn:nbn:de:bsz:31-105401

LECTORI
BENEVOLO

S. P.

Enter defectus, quibus
pleraque Rhetorices
Compendia in Gym-
nasiis & Scholis hodie
usurpata laborant, duos jamdu-
dum deprehendi insigniores.
Alter est, quod in iis vel pror-
sus omittantur, vel levissime
attingantur *Topologia* & *Pa-
thologia*, geminorum Oratoriæ
tam sacrae quam civilis fulcro-
rum, fundamenta; quibus non
rite firmiterq; positis, omnis o-
) (2 ratio

P R Æ F A T I O .

ratio nostra erit inanis verborum stridor ac ventosa loqvacitas. Cicero sane in Partitionum principio filium suum fideliter docuit, *Præcipuum Oratoris officium esse, ut inveniatur, quem admodum fidem faciat eis, quibus volet persuadere; & quem admodum motum eorum animis adferat.* Prius fit docendo, & Quæstionem nostram Oratoriam argumentis probando & illustrando: posterius, audientium aures animosq; delectando ac permovendo. Consentit Quintilianus Lib. VI. Instit. c. 3. scribens: *Probationes efficiunt sane, ut causam nostram meliorem esse Iudices (auditores)*
putent;

P R Æ F A T I O .

putent ; *Affectus* præstant , ut
etiam velint . Sed id quia vo-
lunt , credunt quoque . Adsti-
pulatur Augustinus alicubi mo-
nens : *Probet Orator* , ut in-
struat ; *delectet* , ut teneat ; *mo-
veat* , ut vincat . Alter defectus
est , quod Compendiorum isto-
rum auctores , si vel maxime
de Inventione Argumentorum
tam ex Locis Communibus ,
quam cuique Causarum Gene-
ri Propriis , imò & de Affectibus ,
Quæstiones aliquas proponant ,
eas tamen exemplis (quibus
hæc ornate ac copiose dicendi
facultas præcipue continetur &
capitur) vel nullis declarent ,
vel strictim tantum adductis ,
) : (3 aut

PRAEFATIO.

aut ad captum tironum minùs
opportunitis, obscurent magis
quam illustrent. Gemino huic
defectui, Compendii hujus scri-
ptione ac editione occurrere
quoad antenus volui, non ausu
quidem privato, sed jussu & au-
toritate SUPERIORVM; qui-
bus, pro singulari sua prudentia,
& circumspèctissima de Gym-
nasii ac Scholarum, quæ No-
rimbergæ florent, lætioribus in-
crementis cura, publice expe-
dire visum est, ut in artis Ora-
torix tironum manus daretur
Epitome, quæ Topologia præ-
sertim ac Pathologia funda-
menta perspicue demonstra-
ret, eaque Exemplis illustraret.

Vsur-

PRÆFATIO.

Vsurpabatur hæctenus in Gymnasio & Scholis laudatis Sylloge Rhetorica M. Joh. Rhenii, Norimbergæ typis aliquoties excusa; sed quæ in Libro I, ubi agitur de Inventione Generali & Speciali, mera continet præcepta, meras definitiones. Iam verò, secundum Senecam, longum iter est per præcepta, breve & efficax per exempla. Cui quidem Romani Sapientis monito diligentius paruit idem doctissimus ac de juventute scholastica meritissimus Rhenius, in Compendio suo Rhetorices majore Lipsiæ impresso; ubi Topologiæ satis multa inseruit exempla; Pathologiæ non item.

):(4 Nos

P R Æ F A T I O .

Nos hoc in libello, ea, quæ potuimus, dexteritate & perspicuitate ostendimus, quæ ratione Orator Thema suum recte intelligere, Argumenta Probandia, Conciliantia, Commoventia, facile invenire, inventa ac rite disposita Tropis & Figuris illuminare atque amplificare possit ac debeat: Præceptis etiam, cum Exempla idonea eademque intellectu facilia, tum necessarias subjunximus Observationes, curæ potissimum docentium destinatas, qui eas, pro eruditione ac prudentia sua, ingenio item & captu discen- tium, uberiùs explicare, illustrare atque augere etiam poterunt.

In

P
In Tropo-
gia dictam
plurimum
niam cont
porum & l
tem Quint
terum, mi
gis, quæ
Compend
sa sæpe ac
cohærens
rum series
ctrinæ hui
præcepta
nis Latina
Figuris
stravi clari
multa ex
aium (n

PRAEFATIO.

In Tropologia & Schematologia dictam Rhenii Syllogen ut plurimum secutus sum, quoniam contenta ibi divisio Troporum & Figurarum, ad mentem Quintiliani aliorumque veterum, mihi semper arrisit magis, quam aliis in Rhetorices Compendiis occurrens confusa saepe ac nulla pæne ratione cohærens Troporum & Figurarum series. Præmissi tamen doctrinæ huic necessaria quædam præcepta de Virtutibus Orationis Latinæ, ipsisque Tropis & Figuris Exempla quædam substravi clariora, eorumque bene multa ex Auctore ad Herennium (nam & ex hoc fonte
):(s dul-

P R Æ F A T I O .

dulcius, quam ex aliorum rivu-
lis, bibuntur aquæ) petita. Præ-
terea in recensendis Figuris Am-
plificationis, fere circa finem Li-
bri IV, quæ ex Locis Topicis o-
riuntur, eum retinui ordinem
magis naturalem, quem secta-
tus jam eram in Libro II, ubi
agitur de Argumentorum ex
Locis Dialecticis Inventione.
Denique & *mantissæ* instar ad-
jeci Exempla quædam Variatio-
nis Grammaticæ ac Rhetoricæ:
quæ utraqve exercitatio ad pa-
randam verborum copiam mul-
to utilissima, ut in scholis esset
frequentior, sæpe optavi. Quod
si erunt forte, qui minutias has-
ce contemnendas existiment,
illi

P
illi sciant
leve esse,
pubis com
Negre pud
lem Sophist
medem, i
cum, e L
rum (ita v
cepta & e
Thesaur.
III, in Pau
Lib. III. C
Diomedes
ca Lib. I.
mus Cop.
13. & seqq
fuit confi
vam trad
laureolam

PRÆFATIO.

illi sciant, nihil minutum aut
leve esse, quod cum studiosæ
pubis commodo conjunctum.
Neque puduit Theonem, nobi-
lem Sophistam, ex Græcis, Dio-
medem, insignem Grammati-
cum, e Latinis, de his Chria-
rum (ita vocant) exercitiis præ-
cepta & exempla tradere. Vid.
Thesaur. Critic. Gruteri Tom.
III, in Pauli Leopardi Emendat.
Lib. III. Cap. IX, p. m. 51; &
Diomedem de Arte Grammati-
ca Lib. I. Conf. magnus Eras-
mus Cop. Verbor. Lib. I. Cap.
13. & seqq. Non itaque meum
fuit consilium, libello hoc no-
vam tradere Rhetoricam, ac
laureolam in mustaceo quære-
re;

PRAEFATIO.

re ; neque tamen etiam male
recoctam cramben docentibus
æque ac discentibus apponere :
sed ex Rhetorum tam antiquo-
rum quam juniorum optimis,
Aristotele, Cicerone, Quinti-
liano, Vossio, Rhenio, Mase-
nio, Thomasio &c. præcepta
selectiora colligere, ordinatiùs
disponere, exemplis cum ex a-
liorum tum mea penu deprom-
tis illustrare : verbo, quod au-
ctoritate publica mihi impone-
batur, haud negligenter exse-
qui. Multifaria aliarum quoque
disciplinarum prostant Com-
pendia. Non in eodem omnes
capimus oblectamentum. Sicut
varii in convivio missus excitant
eden-

edendi apr
teraria sv
quæ alia s
tione per
precor, op
in juven
tem, suan
Orator æ
cum dix
qui ipse P
bum Patri
dendum
& Spiritus
Non
Philippus
logus, edi
furni impre
XXXII, f. 1
plar typis r
dem doctiss

PRÆFATIO.

edendi appetentiam; sic in re literaria svaviùs afficere videntur, quæ alia subinde atqve alia ratione pertractantur. Dirigat, precor, opellam hancce meam in juventutis studiosæ utilitatem, suamq; gloriam, DEVS, Orator æternus ac primus, qui, cum dixit, facta sunt omnia: qui ipse Pater est Verbi, & Verbum Patris, & ignea ad persuadendum lingua, Pater, Filius & Spiritus Sanctus! Amen.

Nondum omnia dixi.

Philippus Pareus, insignis Philologus, edidit Rhetoricen Francofurti impressam, anno seculi hujus XXXII, f. 12. majore; cujus exemplar typis recens excusum Viro itidem doctissimo *Jo. Weitzio* misit, nunc

PRAEFATIO.

nunc meos inter libellos collocatum: in cuius frontispicio ipse *Pareus* manu propria (quam magni aestimo) sequens idque perelegans inscripsit Carmen Phalæcium; quod & meum hoc institutum dilucidare, excusare ac tueri quodammodo poterit.

PHILIPPVS PAREVS

CL. Viro

Dn. JOHANNI WEITZIO

Salutem.

ISTVM Rhetorices novum libellum,

Quem tibi offero, WEITZI, Amice summe,

Non me scribere vanitas coëgit.

Non me (ceu quota pars facit) libido

Vexat pulpita onustiora doctis

Libris reddere: Noctuas Athenas.

Vita

PRA

Via linea nam
Plur: qua v

Clotho stamin

Viles non apin
Fallant temp
Cura mentes

Quid M

Istum Rhet
Terfo pumic
Dicam; &

Aequo tu q

Diu triv

Pubes Rhet

Obscura met

Ab omni exp

Dijerte, &

* Andomari T
seum appellatur

PRAEFATIO.

*Vita linea nam mihi aestimatur
Pluris: quæ brevis; & cito perer-
rat*

*Clotho stamina. Mens superna
quærit.*

*Viles non apina, levesq; nugæ,
Fallant tempora nostra; sed beata
Cura mentem animi stilumq; ver-
sent.*

*Quid Musas igitur meas coëgit
Istum Rhetorices novum libellum
Terso pumice perpolire nuper?
Dicam; & ni ratio omnis est ina-
nis,*

Æquo tu quoq; calculo approbabis.

Diu trivit Apollini dicata

Pubes Rhetoricen brevem TALÆI,
Obscura methodo, & nimis remota
Ab omni experientia loquendi
Disertè, & veterum & recentio-
rum.*

Tam

* Audomari Talæi, quæ in Petri Rami The-
seum appellarunt,

